

aliquid infringere templaverit, invocata Dei ineffabili potentia, omnino contestor ut pro omnium meorum peccatorum examine obnoxius in die judicii teneatur, et cum impiis conscribatur qui dixerunt de Domino, crucifigatur; habeaturque extraneus a limine omnium ecclesiarum Dei; et lepra Naaman Syri super eum descendat, ut nec sic quoque valeat voluntatem

* Labbeus docet, ubi supra, pag. 418, quedam ad calcem autographi scripta fuisse, quæ tunc injuria temporum ita erant oblitterata, ut aciem oculorum omnino fuderent. Hæc erant sane testium nomina, de quibus fit mentio sub initio testamenti. Addit sigillum in inferiori parte instrumenti exstare affixum, quod his verbis gallice exprimit, un gros sceau attaché. Id, si de pendentे sigillo intelligas,

A meam infringere, aut in aliquo mendacio, Deo sibi contrario, minimè prevaleat, si quæ mala: adjectio-nes vel subjectiones imminationesque faciat fuerint. Ego feci fierique mandavi, diuin testamentum meum mihi sapienter volui revisere, et per singula recognoscisse, constipulatione subnixa. Actum in coenobio Eboraci, sub die vii Idus Octobris *

contra hujus ætatis morem foret; et magna mentem subiret suspicio de hujus instrumenti falsitate. Idem Labbeus alias retulit, sigillo pendente vallatum fuisse chartam Faronis, seu Burgundofaronis, Bur-gudofaræ fratris, quam quidem chartam spurium chartis annuncierandam ex pluribus aliis argumentis censuimus. Hinc veremur ne sororis testamentum non melioris notæ sit quam charta fratris.

ANNO DOMINI DCLXXVI.

SANCTUS ADEODATUS

PONTIFEX ROMANUS.

NOTITIA HISTORICA IN S. ADEODATUM.

(Ex libro Pontificali.)

I. Adeodatus, natione Romanus, ex monachis, de patre Jobiniano [B., Joviniano] sedis annos quatuor, menses duos, dies quinque [B., 7, m. 2, d. 17]. Tantæ magnitudinis [B., in tanta magnit.] fuit 5 milissimus ac benignissimus, ut omnem hominem a majori usque ad minimum libenter suscipere, peregrinis compassionem exhibuit [exhiberet], ut etiam unusquisque quod postulavit, sine dubio impetravit [impetrare]. Sed et ro-
10 gam omnibus ampliavit. Ilujus temporibus Mez-
zetius [B., Mezentius], qui erat in Sicilia cum exercitu Orientali, intarzavat [B., tyranizavit], et arripuit regnum. Et [Tunc] perrexit exercitus Italie per partes Istriae, alli per partes
15 Campania, nec non et alii per partes Sardinias et Africæ. Pari modo venerunt per [in] Siciliam in civitatem Syracus. et Deo auxiliante interem-
pus est, nec dicendus Mezetiūs (*Vid. Baron., ad ann. Domini 668.*) Et multi ex judicibus ejus
20 trucidati, perduicti sunt Constantinopolim sinuū et caput ejusdem Intarz. Postmodum venientes Saraceni in Siciliam, obtinuerunt predictam ci-
vitatem, et multam occisionem fecerunt in po-
pulo, qui in casira, seu montana, configerant.
25 Similiter et prædam nimiam fecerunt, et æ-
quod ibidem a civitate Romana delatum fuerat,

VARIANTES

Fabroottus, ex Cod. Freh.—Lin. 2. B., Jobiniano, A., Jovinianus, B., Jobiano. Lin. 41. Abbatem. A., abbatiam, vel.

*Ex Cod. Reg., Maz. et Thu. — Lin. 2. Jobiniano. Lin. 5. Quinque. Ille fuit milissimus, atque benignissimus. Lin. 6. A maiore usque ad minorem [M., a minore usque ad majorem]. Lin. 7. Exhiberet, ut etiam unusquisque quod postularet, ab eo sine dubio impetraret. Lin. 10. Ilujus tempore Mezetiūs, qui erat in Sicilia cum exercitu orientali, arripuit re-
gnum, tunc perrexit exercitus Italiae. Lin. 16. A. Et pari modo venerunt in Siciliam in civitatem Syracus. et D. a. interemptus est, nec dic. Mezetiūs, et multi ex ducibus [M., judicibus]. Lin. 21. Ejusdem. Postmodum venientes Sarac. Lin. 27. In pop. f. vix pauci.... Lin. 32. Navigio illuc de-*

B secum tollentes, Alexandriam reversi sunt [in populo vix paucis evadentibus, qui per inunitsimia castra configerant, et juga montium. Auf-
30 rentes quoque prædam nimiam, et omnia illum ornatum æris, ac diversarum specierum, quem Constantinus a Româ navigio detulerat, secun asportantes].

II. Hic ecclesiam beati Petri, quæ est via Portuense juxta campum Meruli, ut docuit, restar-
35 ravit atque dedicavit. Sed et in monasterio sancti Erasmi situm in Cœlio monte, in quo con-
crevisse [B., convenisse] visus est prædictus sanctissimus vir, multa nova ædificia augmenta-
40 vit, sed et casalia conquisivit [et multa ibi præ-
dia conquisivit], et in vita sua abbatem vel con-
gregationem ibidem instituit. Post cujus transi-
tum tanta pluvia, et tonitrus fuerunt, qualis nullas ætas hominum meminit esse, ut etiam
45 homines, et pecudes de fulgere interirent. Et mis-
er per litanias quæ quotidie liebant Dominus esse
propitiatus, non potuerint homines tritare,
vel in horreis frumenta recordere. In tantum enim crevere hæc mala, ut ex ipsis pluvias denou-
50 legumina renascerentur, et ad maturitatem de-
venirent, pro quo capti homines mirabantur.
Fecit autem ordinacionem unam per mensu-

LECTIONES.

tul. asp. Alex. rev. sunt. Lin. 34. Eo tempore Adeodatus papa ecclesiam beati Petri, quæ est in via Portuense juxta pontem Meruti. Lin. 36. Sed et monasterium S. Hier. Lin. 39. Sanctiss. vir-
pr. multis novis ædificiis augmentavit, et multa ibi præda conquisivit, abbatem, et congregationem ibi constituit. Post. Lin. 43. Atque ion. f. quales nunquam fuere a tempore diluvii, ut homines, et peculia de fulgere int. (*In R. Cod. emendatum, de ful-
gure*). Lin. 46. Maz., cotidie, R., quot. Lin. 48. Rec. in tantum ut per ipsas pluvias denouo leg. r. Lin. 51. Pro quo omnes mirabantur. Lin. 55. Qui se-
pultus est. Lin. 56. Juli.

Ex Cod. Thuan. altero.—Lin. 2. Ex patre Jobiano. Lin. 7. Tantam comp. Lin. 24. Confugium fecerant, et prædam nimiam, vel ærea, quæ ibidem a civitate

Decembris, presbyteros xiv, diaconos duos, episcopos per diversa loca quadraginta sex [B., 55 43]. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die vi Kalendas Julias, et cessavit

VARIANTES

Rom. navigata fuerant secum abstollentes. A. Lin. 35. Pontem Meruli. Lin. 43. Qualis nulla ætas hominum, ut etiam h. et peculia de fulgore i. Lin. 48. In tantum ut ex ipsa pluvia denuo l. r. e. a. m. d. pro quo capit etiam homines mirarentur.

Penit, ex Cod. Cavensi.—Lin. 23. In pop. fec. Lin. 25.

A episcopatus menses quatuor, dies quindecim [B., sex].

A tempore ordinationis sancti Gregorii papæ usque huc, sunt anni nonaginta quinque, menses quinque, dies quatuordecim.

LECTIONES.

Fec. vel es de ibidem a c. r. navigatum f. s. abstollentes. Lin. 36. Monasterium s. iller sito. Lin. 45. Peculia. Lin. 47. Propit. ut potuissent. Lin. 48. In tantum ut ex ipsis pluviosis. Lin. 51. Devenerunt pro quo capitulo etiam hom. mirarentur.

PISTOLA ADEODATI PAPÆ

AD UNIVERSOS GALLIÆ EPISCOPOS,

Qua immunitatem ab episcopali potestate concedit monasterio sancti Martini Turonensis, exceptis ordinatione sacerdotum et confectione chrismatis (Ann. 67t).*

(Ex Breqvigny, Diplomata, Chartæ, Leges.)

Dilectissimis fratribus universis episcopis in Gallicâ partibus commorantibus, Adeodatus. Aequitatis nos admonet norma, quam apprime custodire præcipimus, ut canonica sanctorum patrum consulta, præsentium a beatissimis apostolicæ sedis præsulibus, prædecessoribus scilicet nostris, qui authoritatem, successione ac vice sacratissimi apostolorum principis Petri, per diligentem solertiam nacti sunt, quemadmodum statuta reperimus, intemerata atque inlibata custodia conservemus; sed et quæque fratribus nostris ecclesiæ episcopis, pedissequa diutinaxat imitatione consultum ac salubriter fuerit ordinatum, ut pote functi apostolicæ principia, licet impares ministerio, firmando simili ratione decernimus. Qua ex re dom. Ægiricus, religiosus presbyter et abbas monasterii sancti Martini, in quo et venerabile corpus ejus est situm, visendas ex desiderio veniens apostolicas confessiones et alia, nostris se representaret obtulibus, commendationemque fratris nostri Croterti, Turonicae Ecclesiæ præsulis, obtulisset, supplici voce præcatus est ut privilegium apostolica autoritate subnixum, ob munitionem vene-

* Sæpiissime typis mandata, cuius præcipuas tantum Editiones memorabimus. Vulgaverunt Papiri Massouius, de Roman. Pontif., fol. 118, v, ex tabulario sancti Martini Turonensis; auctores Galliæ Christianæ, prior Edit., t. I, pag. 741, ex regesto panchartarum nigrae sancti Martini, Launois, in Disquisitione de juribus hujus ecclesie, pag. 3 et 5, cum variis lectionibus; Cointius, in Annalibus, t. III, pag. 708; Mansi, Collectio conciliariorum maxima, t. XI, col. 103. Exstat etiam in collectionibus conciliariorum Birmondi, t. I, pag. 507; Labbei, t. VI, pag. 523; Harduini, t. III, col. 1007, etc. Recudimus ad fidem apographi in judicium prolati anno 1708, et editi ad calcem defensionis jurium ecclesiæ sancti Martini, inter prob. pag. 1, ab archiepiscopo Turonensi impugnatorum. Dicitur exscripta ex Exemplari quod seculo quidem ix exaratum fuit, sed quo non existebat antiquius; autographum enim iam perierat. Controversia de imunitate monasterii sancti Martini ab episcopali jurisdictione æpe et diu agitata fuerat. Adeodati pistola qua potissimum nititur, opusculo generali Launois in Assertione inquisitionis sive

B rabilis monasterii, quod beatæ recordationis confessor Christi Martinus et præsus Turonensis Ecclesiæ in Gallicanis partibus ad conversorum salutem sui sacratissimi corporis consecratione decoravit, cui nunc præse se perhibens scriptis ostenderat, ei concedere deberemus; parumper autem ambigimus, idcirco quod mos atque traditio sanctæ nostræ Ecclesiæ plus non suppetat a regimine episcopalis providentia religiosa loca secernere: verum ubi et prædicti fratris nostri Croterti, Turonensis Ecclesiæ præsulis, monachicam libertatem, hoc est, liberam dispensandi licentiam, scripto concessam, religiositate ejus exemplaria proferente comperimus, in cuius volumine et aliorum per Gallicanam videlicet provinciam constitutorum antistitum ad id consenserunt præbentium, subscriptiones subter annexas inspeximus, nullatenus jam exortem rationis, ac canonicæ regulæ tantorum episcoporum consonantiam sententiam fore perpendimus. Propterea et nos erga quod idem fratres nostri reverentissimi præsules conferre providerunt, simili censura ex autoritate profecto apostolorum principis, cui claves ligandi

C sum præbentium, subscriptiones subter annexas inspeximus, nullatenus jam exortem rationis, ac canonicæ regulæ tantorum episcoporum consonantiam sententiam fore perpendimus. Propterea et nos erga quod idem fratres nostri reverentissimi præsules conferre providerunt, simili censura ex autoritate profecto apostolorum principis, cui claves ligandi do privilegio sancti Medardi Suessionensis, part. III, cap. 20; Monsnerius vero, in libro de Juribus ecclesiæ sancti Martini propugnat, cap. 1, epistolam Adeodati tueri conatus est. Illam Launois iterum oppugnavit, in Examine privilegiorum sancti Martini, pag. 7 et seq. Hujus objecta nisus est refellere ecclesie sancti Martini in judicio defensor, anno 1709. Launois objections Cointius, Ann. t. III, pag. 709 et seq. longo ordine recenset, et cum Monsnerii responsionibus confert, ac, re omni diligenter perpensa, arbitratur nihil in epistola Adeodati occurrere quod formulæ privilegii a Marculfo exhibite, lib. 1, form. 1, refragari videatur; ita ut illa nec supposititia videatur, nec subrepititia. His immorari diutius non sinunt notis nostris præscripti fines. Fas sit tantummodo dixisse bullam de qua agitur solemnî judicio curiae Parisiensis, dici 13 Aprili; anni 1709, pro legitima fuisse habitam. Characteres chthonologici nulli. Cum autem sedem pontificalem occupaverit Adeodatus ab anno 672 ad annum 673, pistolam ab ipso emissam fuisse conjecere licet, cum Cointio, anno 671.